

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**SEPTEM || PSALMI POENITEN=||TIALES HEBRAICI || cum
grammatica tra=||lacione latina.||(IOAN=||NIS REVCHLINI
PHOR=||censis.ll.doctoris in septem psal=||mos
poenitentiales hebraicos inter=||pretatio de ...**

Reuchlin, Johannes

Wittenberg, [1529]

Ioannis Revchlin phorcensis Iacobo lempo theologiae [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-270721](#)

συνέχεδαι ή μή, id est, Nemo attinet dictiones
transmutare uel omnino uariare sed ita uere ac sedulo
scripta dicat & psallat, quemadmodum dicta sunt, ut
sancti qui administrauerunt ea, cognoscentes quae sua
sunt, oreant & petant nobiscum. Hec Athanasius, cui ait
pulatur doctissimus Origenes in libro quinto contra Cela-
sum affirmando in aliam linguam nomina ipsa traducta
que suapte natura & in propria lingua plurimum uale-
ant uil ultra efficiere, que suo sono ante efficissem. Sufci
pe igitur peritissime iuris & sacrarum literarum doctor
excellensime, Vniuersitatisq; sueorum Gymnasiar-
cha hilari animo munus alium hoc quod inter localia tibi
præ Croesi opibus offero exoptandum, qui nihil eorum
contemnis quin potius amplissimi facis quæcumq; optimis
rum literarum artibus constant. Hæc est illa uirtus tua,
uir grauisime atq; simul humanissime super omnes egre-
gia, præter immo contramorem & confuetudinem mul-
torum theologorum, qui iurati in unius uerba magistri,
nihil habent gratum, nihil acceptum quod non eorum iste
magister sonat. Tu uero exornasti generale studium no-
strum multiplicibus uarijsq; doctrinis, quibus ut gemma
in omni Germania coruscat, pro qua re omnes docti
meritas tibi non modo habebunt, uerum etiam referent
gratias, omni posteritati in intermorituras. Stutgardie
Kalendas Sextilibus Anno. M D . XII.

IOAN

ἥδε τῶν φαλμῶν ἱερολογία, σωμουσιῶμένη πᾶσῃ
σκέψιν τοῖς ἱεραρχῖκοις μυστήσιοις, δικ ήμελερ
ἀπηρτόθαι τοῦ πάντων ἵεραρχῶν τού. ὅτι, τι
donum eo sit gratius quo purius est & fontane claritatē
propinquius. Non enim tantū unum est in tritium uas
transfusum quod facile coacescit, sed de prelo mustum, de
racemis pressum, de ueritate inquam hebraica effigia um
in illa ipsa lingua omnium linguarum matrix ut scribit
Hiero. quam sanctam uocant, quam Origenes diuinitus
esse traditam assertit, que sola est ante confusione lingua
rum orta, que nihil impuritatis continet ut Moses
Aegyptius dilucide tractauit. Unde incredibili amore
amplexandi sunt hi psalmi hebraici, quibus expiati Dea
um attrahimus in eo iudeorum sermone qui primorum
parentum, qui Patriarcharum, qui Prophetarum, qui
sanctorum et e regione optimi maximi Dei creatoris uni
uersorum ultro curo, nuncius intercessit quasi proxenea
ta aliquis & interpres. Quare putant orationes illas ua
lidius robur habere, urgentioresq; esse ad impetrandum,
cum si pronunciantur, ut sunt a sanctis hominibus diuin
no spiritu afflatis composite, ac non aliter. Ita enim san
ctus Athanasius ad Marcellinum de illis scribit. μάτις
τῷ φραζέτω τὰς λέξεις μεταποιεῖν ὅλως ἐναλλάξτα
τέμ, ἀλλὰ δυτωσ ἀτεχνώς τὰ γεγραμμένα λεγέ
ται οὐ φαλλέτω ὡσπερ ἔρηται. τοῦ, τοὺς διακονή
σαντας ἔχοντας, ἐπιγινώσκοντας τὰ ἀντών
συνέβη

me & in rudimentis hebraicis multo ante impressis habeat
materiam circa quam ueretur, & eu architectus circa edifi-
ca. posthabitis aduersariis, exposui iam omnibus in
hebraica scriptura erudiendis septem Psalmos poenitenti-
ales totis uiribus ediscendos. quod tanto fiet facilius, quan-
to magis solemus eos in quotidianis precebus habere
Quae res mihi & pluribus mecum iisq; literatissimis ho-
minibus uisa est omnium maxime utilis ad capessendam
& legendi & pronunciandi & intelligendi facultatem.
Erit autem sic. Primo ponuntur psalmorum uerba he-
braica. Deinde interpretatio mea iuxta uerbum e uer-
bo, postremum grammaticalis explanatio sermone usitato
& quotidiano tritoque, ut scholastici facilius quæ uelim
intelligant, semper ad libros rudimentorum meorum able-
gata. Hoc itaq; opusculum corpore paruum, uiribus mag-
num Iacobe Lempe sacrarum literarū pontificiūq; iuris
doctor eximie, uni tibi ex omnibus theologis tuoq; nomi-
ni dedicandum esse optimo iure statui, eo q; de me solus tu
longe plus cæteris quin potius omnium plurimum meritus
es, cui omnia a me summa debetatur. Nihil aut excellentius
quo te exornem & quod magis te deceat, nihil sublimius,
nihil maius, nihil diuinius estimare possum Davidis
psalmis, nihil deniq; tam summi qui nos docent cum deo
loqui, & sine quibus ad nos ferme nunq; descendunt sa-
craissima diuinorum mysteria, quod testatur Areopaga-
tia Dionysius in libro de ecclesiastica hierarchia cū ait.

Sudore & alio prece premio & precio per longa tem-
pora corraseram, haud sine incredibili diligentia & ere
non paruo publicitus imprimi. Quilibet rudimentorum
memorium cum sere integrum hebraice intelligendi artifici-
um contineat, non potest dixerit tanco usui esse, nisi ex
adhibeantur aliqua uolumina Bibliæ qua quidem ipsa tota
linguis constat. Sperabamus autem indubitate fide mul-
tis ad nos ex Italia Biblias hebraicas Soncini Pisauri ue-
aut aliis in locis impressas cum ceteris iudeorum libris
quotidie uenturas, que cum obstante grandi bello quod
Augustus Imperator Maximilianus iam diu in italia foeli-
ter gerit, emporio nostro non afferuntur, tentanda nihil.
ominus uia est, ne nos ipse nobis deesse videamur. In quo
fator tarditatem meam discendi cupidis onerosam. Dudum
enim aliquid praeterea hebraicæ doctrine studiosis quo se
iuuarene edidisse certe, si non in dies audiuisse breui
futurum esse quipiam admiratione & omnium lectione
dignum, quo in eis qui Peperiphrones cum suo Peperi
corno iudeo illo baptizato calumniatore meo, ex profun-
dissimis scientiarum suarum thesauris proferre, torna-
re, & ad incadem reddere pollicarentur, quo nobis mon-
tes parturire suspicendum fuit. Ego uero iam quintum
annum supra cum Isaia expectavi, ut facerent uias &
fecerunt labruscas. & labruscas acerbiores saluat li-
bros diffamatorios. atque aliud nihil quod uer bonus lauda-
re quidem posset, si q[uod] maxime uellet. Ut igitur institutio
mea

cia, s^epē multumq^{ue} et coram et per epistolās nunciosq^{ue}
a me petentib^{us} ut eis molc^{et}e admodum et ut aiunt intole
rabiliter ignorantibus, alijs quidem gr^{eca} diuulgarem,
alijs autem hebraicā. Quare pio amore ductus cum an-
te docuisse multos in gr^{ecis} literis et per grammati-
cam artem cui titulum inscripti Micropædia, dolauissima
quicquid potui. Nouissime ad decorēm et splendorem sa-
cratissimæ theologie et theologicorum virorum utilita-
tem, ipse ego tam lingua hebraicā primus omnium
literis, in dictionibus, et regulis collectiue, legibus man-
cipavi latinis. Cuius exercitiū discipulos non nullos nulla
tamen mercede sed gratiū feci particeps, partim gratos,
qui præceptorū suo debitum honorem perq^{ue} reverenter ex-
hibent, partim uero ut aērbe audio supreme ingratios,
quibus Deum iudicem propono, et nisi resipuerint, uin-
dicem opto. Sed tale aliquid profecto nouum mihi uide-
ri non debet, quasi ceteris antea inauditum. Nam unius
auditorij Socratem falso accusauit Lycon, defendit uero
Xenophon. Vnius academiæ Speusippus Platonis sectator
mansit. Aristoteles abiit defector. Et quod nobis clarissimus
fulget in oculis, unius scholæ Iudas tradidit Salvatorem,
Ioannes ad finem uitæ dilectus dilectum amauit. Ita si li-
ceat minutissima comparare summis atq^{ue} maximis, studi-
um ego meum in bonos quoq^{ue} malignosq^{ue} distribui. Utq^{ue}
omnibus promptum esset omnium meorum abundare co-
pia et facilitate, feci rudimenta hebraicæ linguae, que multo

A 4 sudore

fugerat ab Antipatro interficitur. Themistocles similiter
profugus scipsum intermit. Sed nobis quid iam de Græcis
Latinos recordabor. Quid Cicero consultus iuris. Non
Antonij gladios effugere poterat. Sulpitius a Sylla occi-
ditur, a quo & Marius pretor misere obtruncatur. Nec
unq sanguine causidici maduerunt rostra pusilli. Scipio
domesticorum manibus suffocatur, Regulum hostes ne-
cant. Pompeius ad Nilum transfoditur. Iulius Cæsar in
Senatu iugulatur. Cato ipse sibi homicida fit, & Nero ca-
put orbis, & quorum me nunc piget. Quin cum satyra
libet exclamare. O auras hominum, o quantum est in re-
bus inane. Quia propter ut mihi pacem optatam quere-
rem, quæ absque Christo uel tunc patribus uenturo, uel
nunc qui nobis pridem nouissima scilicet hora uenerit,
contingere potest nemini, talia meditatus ego interdum ad
scripturam diuerti, quæ tota Christi est. Siue ea
sit in ueteri instrumento Hebraicis literis, seu in novo
græcis conscripta & illius ergo Romanum loquendi mo-
rem prius adeptus, denuo utrang linguam didici &
græcam & hebraicam, ut sanctissima oracula & eorum
Hierophantas interius capere possem, in hoc enim conqui-
escit uere pacatus hominis animus, δύ μόνον μαθώρ
ελλάς η οὐ ταθώρ τα θέα, ut ait Dionysius de diu-
nis nominibus, id est non solum disendo uerum etiam pa-
tiendo diuina. Durum autem post eas disciplinas &
egreffe nimis iudicabam, amicis negare humanitatis offi-
cia, &

genus, quæ idem aliquando uocat γλωσσα μαχιας &
quandoq; μηρολόγιος σοφίας id est linguae bellum &
minutæ rationis sapientiam. Tum me transstuli ad seue-
riora studia, cui iam dissipare incipiebat fucus uerbo-
rum & aranearum tela, muscis pedica, uespis peruia.
Dici non potest facile, grauitatem uerborum & senten-
tiarum apud iurisconsultos lectam, quanta cum animi
alacritate tunc amplexatus sim, iunctis etiam Pontificijs
canonibus. Talia enim studia tam splendida & tam uti-
lia putabam optime ad uirilem togam deposita prætexta
pertinere. Qua me re conieci in seruilem conditionem,
& repulsa uiuendi libertate immisai me infinitis homi-
num & iurgorum questionibus, atq; demum reipublicæ
curis & sollicitudinibus, que non tantum lassato somnos
adimunt, sed etiam uigilanti & recte agenti robur men-
tis debilitant & corporis neruos, ubi nulla quies, nulla
tranquillitas. Vnde mibi crebro uenit in mentem ut sen-
tirem priscos illos et maiores nostros Minoi iurisperitissi-
mo, quippe qui esset nouem annos ab ipso Ioue eruditus,
& illi Rhadamantho, etiam Platone teste uiris optimis
atque sinceris, iusticie iuriq; deditis, haud sicut sed ue-
re apud inferos locum dedisse. Quando nanc; tranquilli-
tas menti, & pax corpori deest, quid aliud est? si non
inferorum & tartari poena est. Taceo sèpe infortuna-
tos eiusmodi quoq; hominum exitus. Demosthenes post
clara reipub. negotia, extractus Neptuni Asylo quo con-

A 3 fugerat

cogitabam, hoc noctes somniabam, certissima mihi salus
reposita esse uidebatur in logicis tenditalis et syllogismo-
rum mixtionibus. Post autem quam excessem ex epheta-
bis, uideremq; aperte mihi nullum inde operae precium
fore, simulq; quod uitio nobis uerterent sapientes homi-
nes sermone multis annis iam destituo quasi cum matre
Euandri loquendum esset antiquari, sed potius pro Fauo-
rini Philosophi monitis statuisserint, uiuendum esse mori-
bus preteritis, & loquendum uerbis presentibus, ceperim
quotidianis consuēscere, non ualde ornatis quidem, sed tam
men non abiectis. Hoc etiam autem non parum cogitauim
me cum ipse, haud ab re necq; uane Romanos omnium
gentium dominos et summa prudentia famigeratos ad il-
lud insituti motu uenisse, ut iam tertio Rhetores et Phi-
losophias publico edicto expellerent. Nam bis Roma
cuius consulibus primum, deinde Censoribus, postres
muat omittiano imperante, non solum urbe, uerum etiam
ann D Italia senatus consulto electi sunt. Cum igitur
he tota a bonis non bona lata sententia iudicarentur.
Et artes paganis solum infidelibus, sed etiam militibus
non dicitur, qui Rheticam non oblique nonnauerunt.
christianis iudeo et dei rex xp, id est mentendi artem
tutus ille magnus, et dialectam loquacitatem ciny-
phes et anas aegyptiacas ut Hieronymus, et q; ovd ep
χριστι μορφερσυσας λογομαχιας, id est, ad nihil
utile ferentes, rationum pugnas, ut Gregorius Nazian-
zenius

IOANNES REVCHLINI PHOR
CENSIS IACOBO LEMPO
THEOLOGIAE ATQ^{UE} VB
IVRIS DOCTORI
EGREGIO
S . D . P .



EMINI SAEPE RECOLENS
olim me puerο Lempe doctorum docti
ſime nulla re alia oblectari magis at
q; frequentius q; sermonū exquisitis flo
ribus & inconsuetis uocabulis, cū uete
ratoria dicendi ratione, propterea q;
putabam recte loqui esse inusitate loqui. Quam mihi uolup
tatem protinus adimebat tum paulo plus roborata etas,
in qua cum dialectic labyrinthi, & argutiarum m^uchnae
uerborumq; inuolucra maxime omnium placuisse ab
iecta elegantiarum suauitate uehementer studient, edia
dissertationum inuenire, ac nunc ueris nunc fui in icis
argumentationibus quoconq; tandem loquendi ophisi uel
soloco uel barbaro contradicentes superare more lus
tunc querebatur eloqui ita decor, nihil deled. Nuu si
sola uictoria. Hinc palestre scholam, & Pancabat nū
pos, & certaminum theatra, & stadia cursuum, & la
teritorum uires omneis. & quicquid uincere ualeat, ad
unum hoc disputandi artificium conferebam. Hoc dics
A ii cogitabam

